Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Autoritates tertij li. de aialī.

Omne animal vocat suum comparem tempore coitus propria voce. ⁊ hoc facit specialiter rana
Vociferatio auiū est magis tempore coitus
Gallinus siue gallus vociferat post prelium ⁊ victoriā.
Omne aial qđ facit ouа hz ea in matrice ⁊ nō in ventre. qz si haberet in ventre digererentur sicut cybus. Ex quo habetur ꝙ Quicqđ per os intrat. in stomacho digeritur.

¶ Sequūtur autorita. tercij li. de aialibus.

OS post abscissionē non crescit neqz solidatur.
Ossa leonū ita dura sunt ꝙ si collidātur reddūt ignem.
Proprium hominis est canescere in senectute.
In castratis pubes non barbescit.
Lac aialium habentiū multas mamillas nō cōuenit ad caseū
Omne animal multi sanguinis est multi seminis
Omne corpus sanguineum cito putrescit.
Testiculi ⁊ matrices sunt organa p̄cipalia ad generationem
Mulieres hītes matrices densas ⁊ duras nō concipiunt
Homo inter animalia est multi seminis
Lac ouis capre ⁊ vacce multū conuenit caseo
Lac nigrarū mulierū est melius ⁊ purius lacte albarum mulierum.
Coagulū leporis valet contra fluxum ventris
Nullū animal mutat cornua nisi ceruus
Animal diuersorū colorū ē diuersi coloris in corio
Galline multum ouantes cito moriuntur.
Oua lōga acutioz capitz ꝓducūt mares. oua ro rotūda et obtusa
Gemelle non inueniuntur in ouis in quibo sunt duo vitelli (feias
Masculus columbe cubat ouа p diem. fēa vero per noctez.
Non sunt aialia vniꝰ speciei que se naturaliter comedunt
In omnibus animalibo est appetitus coitus ⁊ delectatio.
Omne quadrupes desiderat coitum magis in vere
Bonum est vt parētes corrigant ociosos filios. ideo rectores apū ociosas a se ejiciunt
Omnes pisces a p̄ncipio pregnati sunt boni.
Omnia animalia naturaliter appetunt delectationem
In annis nubilibus mammille incipiunt grossari
Aries ⁊ capra vnius anni coeunt. sed debile est qđ generant
Canis ⁊ porcus octo mēsium coeunt. sed debile est quod generāt.
Canis viuit vsqz ad. xiij. annos. porcus vero ad. xi.
Equus duorum vel trium annorū coit. sed debile est quod generat
Equus ē fortis a qttuor annis vsqz ad. xx. ānos ⁊ coit vsqz ad. xxx annos. ⁊ viuit vsqz ad. xxxv. annos. ⁊ hoc certis in locis.